



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm
Basileensivm Origo Ac Series**

Sudan, Claudio

Brvntrvti, 1658

8. Vvaldo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

driano I. Pontifice. Leone IV. Imperator. Galliae rege Carolo Magno, anno 777. Nec urget alia ratio, cur à numero Episcoporum excludatur.

*Anno
Christi
777.*

V V A L D O.

800.

Basileensis Episcopus.

VIII.

Per varios dignitatum gradus sedem Basileensem concendit Valdo. Primum enim, Abbatem fuisse Augiae divitis, annis 20. Cœnobij illius Annales referunt, Hermanni Contracti testimonio in Chronic. Ticinensem subinde Antistitem vidit Italia. Eum denique ad Insulas Basileenses anno, circiter, 800. promovit Carolus Magnus, cui à sacris confessionibus tunc temporis erat. Memorant tamen, illum anno 806. abdicata monasterij &

G 4 Episco-

Anno Episcopatūs curā , ob nescio quas
Christi Eginonis Constantiensis Episcopi
800. machinationes, in S. Dionysij mo-
 nasterium se Parisios contulisse, pri-
 vatam ducturum vitam turbidis
 minūs obnoxiam molestius. Ita
 Stumpfius l. 12. c. 23. Casparus Bru-
 schius ex citatis annalibus Hermanni
 Contr. ad dictum annum 806.
 Nec infrequens fuit hoc ævo, cùm
 per Europam doctrinā & sanctitate
 floreret S. Benedicti familia, ex Cœ-
 nobiis postulari Antistites. Sic Rha-
 banum, ex Abbe Fuldensi, Episco-
 pum accepit Moguntia. Sic Salomō,
 priūs Abbas S. Galli, ascitus est in E-
 piscopum Constantiensem, ut ha-
 bet Chronicon illius Ecclesiæ, edi-
 tum anno 1627. à M. Iacobo Merck,
 qui addit, ex eodem monasterio S.
 Galli, ad Episcoporum munus eve-
 ctos fuisse Eginonem & Vvolfleo-
 nem. Erenfridum denique, anno

736.

736. Sidonium, anno 746. Ioannem ^{Anno} 760. ex Abbatia Augiæ divitis, Epi-^{Christi} scopatum Constantiensem simul cum Abbatia administrâsse.

H E T T O,

^{8to.}

sive
H E Y T O,

aut
O T H O I.

Basileensis Episcopus.

IX.

HEtto Vvaldonis in Abbatia Au-
giensi & Episcopatu Basileensi
successor, Carolo Magno à consiliis,
gravibus Imperij nomine perfun-
ctus est Legationibus. Anno 810.
Cùm Nicephorus Imperator pacis
instaurandæ causa Legationem ad
Carolum M. Aquisgranum institu-
isset, redeuntibus Legatis additus est
Hetto Episcopus Basileensis, Hugo
G s Comes